densis, et quasi in fasciculum collectis, procedente tuberculo divisis, atque in spinam subrotundam abeuntibus umbilico profundiore, et utroque latere sese in centro attingente. Eadem minora. Cornu Ammonis (a) maius orbibus verticaliter compressis, ac angustissimis striatis striis densis, et quasi in fasciculum collectis, procedente tuberculo in summitate orbium verticaliter compressorum acuminatâ sito divisis, et in spinam quasi perpendicularem abeuntibus, umbilico profundissimo, et sese in centro et utroque latere attingente, concamerationibus apparentibus. Idem mediocre. Eadem minima albicantia. Idem monstrosum.

Caput XIV.

Testacea marina concamerata simplicia, vel Eadem petrificata, idest, sine articulis inter se unitis, sed tantum simplicibus septulis scutelliformibus, aut semilunaribus, aut, si camerata solummodo fuerint, pariete convideo conclusa, semper tamen Siphunculo suo donata &c.

Sectio XLIII.

De Ammoniis Marinis, seu Ammonitis (si Petrificatae fuerint) concameratis simplicibus, siphunculo concamerationes pervadente, septulisque scutelliformibus illas distinguente donatis.

§. 159.

Ammonia marina in se horizontaliter omnimodè convoluta, spiris à se invicem divisis, Lapideo. — Ammonia marina convoluta.